

MORBI VASORUM MINIMORUM,
ET MAJORUM.

38. Vasorum minimorum, ex fibris sim-
plicibus (21. 23.) applicatu, intertextu, vel intortu, adunatis, facto-
rum morbi ex iisdem causis eandem indo-
lem, effectum, & curationem habent;
ergo ex dictis (ab 21. ad 38.) intelligun-
tur.

39.) Vasa majora, ex minimis (38.),
applicatu, intertextu, vel intortu, uni-
tis, conflat a habent duo diversa morbo-
rum genera. Horumprius pendet ex mor-
bis minimi canalis (38.), majorem hunc
componentis, adeoque origo, natura,
efficacia, curatio ejus inde (38.) peti de-
bet. Posteriorius vero pendet 1. a vi, qua
fluidum, per majorem hunc canalem flu-
ens, ejus latera extendendo premit; quae
latera, ex aliis minoribus canalibus con-
stantia, hac pressione orbantur suo liqui-
do, uniuntur quoad latera, concrescunt
in fibrae (21. 23.) solidae, sed crassioris,
speciem: potestque idem & vicinis com-
municari vasculis. 2. a liquido cum vascu-
lo proprio concrecente,

40. Inde vasorum debilitas, laxitas,
robur: rigiditas, elasticitas, de quibus
A 5 mul-

multa imperitis memorantur, clare intel-
ligi possunt. Et meretur dignitas horum
pertractionem.

MORBI VISCRUM DEBILITUM ET LAXORUM.

41. **V**asorum, & viscerum debilitas vo-
catur illa partium (23. 38. 39.),
haec constituentium, cohaesio, quae tam
levi motu tolli potest, ut imparia sint iis
efficiundis, quae Sanitatis & Vitae ratio
ab his postulat.

42. Quae alia aetate, atque sexu, alia
sunt.

43. Haec debilitas oritur. 1. ab debili-
tate fibrae (24.) ejusque causis. (25.) 2. a
debilitate canalium minimorum (28.), at-
que causis hujus (38.) 3. ab inertia liqui-
di per vasa majora (39.) fluentis, quae
pendet a minuta copia, fluiditate aquosa
aucta, motu musculari torpescente. 4. a
numero magno canalium minimorum, pro-
ratione aetatis, nimis diu remanentium.

44. Ab hac debilitate (41.), per suas
causas (43) producta, oriuntur multi
morbi, qui falso Temperiei, vel Conge-
niti, habentur; primarii sunt: facilis va-
sorum dilatatio, tumor; facilis horum
compressio, inanitas; liquidi stagnatio;
Cordi